Raze,

Concordantiarum.

BS423
.R394
1883
c.1

0C7778

PRESBI...
FRANCISCO DE S...

1080020639

EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

# CONCORDANTIARUM

# SS. SCRIPTURÆ MANUALE

220.2
R

Tout exemplaire qui ne portera pas la signature de l'un des auteurs sera réputé contrefait et poursuivi conformément aux lois.

de Raze P. J.J.

Imp. de la Soc. de Typ. - Noizette, 8, r. Campagne 1re, Paris.

# CONCORDANTIARUM

## SS. SCRIPTURÆ MANUALE

EDITIO IN COMMODISSIMUM ORDINEM DISPOSITA
ET CUM IPSO TEXTU SACRO DE VERBO AD VERBUM SEXIES COLLATA

AUCTORIBUS
PP. DE RAZE, DE LACHAUD ET FLANDRIN
SOCIETATIS JESU PRESBYTERIS

OPUS DICATUM
ILL. DD. CARDINALI DE BONALD
ARCHIEPISCOPO LUGDUNENSI
ET AB IPSO APPROBATUM

DUODECIMA EDITIO

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Téllez
Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

PARISIIS
APUD VICTOREM LECOFFRE, BIBLIOPOLAM
90, VIA DICTA BONAPARTE, 90
—
1883

FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

44517

BS423
R394
1883

FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

44517



## ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO DD. MAURITIO DE BONALD,

CARDINALI SANCTÆ ECCLESIÆ ROMANÆ,

ARCHIEPISCOPO LUGDUNENSI ET VIENNENSI, etc.

EMINENTISSIME PRÆSUL,

Operis auctores magno se honore insignitos putant, utpotè quibus istum qualemcumque laborum suorum fructum tibi offerre et ritè nuncupare, per benignitatem tuam, contingit. Prodeat igitur, sub tanto patrocinio, hoc Manuale Biblicum: felicius indè in lucem publicam sese efferet. Eo enim quòd sacro huic operi Nomen tuum præfixum legerint sacræ Scripturæ studiosi, optabilius atque jucundius eis nihil profectò erit.

Equidem per nos omissum nihil fuit, PRÆSUL EMINENTISSIME, ex iis quæ conferre possent ad opus illud numeris omnibus explendum, sive quoad verborum delectum, sive quoad ordinatam sacrorum textuum seriem, tum etiam quoad concisam nitidamque sensuum expositionem, vel tandem quoad accuratam emendatamque simul totius divini operis recognitionem.

Quod si in posterum nova lux ad facilius divinorum voluminum studium exurgat, si desiderium iis enascatur ista expeditiùs evolvendi, hanc tibi referemus acceptam: si pingue adeò sacræ Scripturæ ferculum, tot exquisitissimis dapibus refertum, commodiori aliquâ ratione prægustare juvabit, hoc tuum erit. Quicumque hoc opus nostrum studiosè evolvere voluerit, legem Domini, te suffragante, te duce, feliciter meditabitur et amanter exquiret. Nobis autem, sub tantis auspiciis, verbum Dei recognovisse ditissimum erit præmium.

Hinc, gestientibus animis, EMINENTISSIME PRÆSUL, quæcumque fausta, quæcumque optabilia tibi apprecantes, jugemque virium incolumitatem, necnon in sedulâ concrediti gregis custodiâ, uberrimos fructus, et in inclytæ Lugdunensis Ecclesiæ regimine longitudinem dierum exoptantes, atque tuæ in nos et opus nostrum voluntatis in perpetuum memores, ut exiguitati nostræ benedicere digneris, humillimè deprecamur.

Amplissimæ Dignitatis tuæ

obsequentissimi et devotissimi servi

Henricus DE RAZE,
Edmundus DE LACHAUD,
Joan. Bapt. FLANDRIN.

007778

# PRÆFATIO AD LECTOREM.

Referre omittimus, utpote satis omnibus nota, quæ dicenda nobis suppeterent de origine Concordantiarum, de earum utilitate, de tanto labore in hujusmodi libris excudendis impenso, necnon de variorum hominum nominibus qui Concordantias priores excogitaverunt, aut novas in lucem edi curavêre. Hìc breviter indigitare satis erit quæ nova præbeat omnibus commoda nostrum Manuale. Hæc ad quatuor capita redigi possunt, scilicet : in volumine *exiguitas*, in usu *facilitas*, in allatis textibus *fides* et in totius operis serie *perluciditas*.

**I.** Primum ergo commodum situm est in voluminis *exiguitate*. Quam ut consequeremur, 1° sæpius prætermisimus pronomina, adverbia, præpositivas et connexivas particulas, necnon et interjectiones : verbis enim quæ præeunt aut sequuntur et quæ ad textum intimè pertinent tutius erit, sicut et facilius uti, quàm appendiculis istis, ad invenienda cætera quæ desiderantur. 2° Consultò etiam missa fecimus genealogias, catalogos, cærimonias, nonnullaque multoties repetita, quibus libri impediretur usus et frustrà augeretur moles. 3° In narrationibus factorum, verba ea tantùm adduximus quæ sensu et loco momentum aliquod habent. 4° Scribendi compendiolis usi sumus, ut quandò *Dnus* pro *Dominus* ponitur, *m*, *n*, *s*, *t*, *v*, pro *meus*, *noster*, *suus*, *tuus*, *vester* ; sicque tractus calami – ejusdem verbi aut nominis eidem redeunti inflexioni substituitur : quâ industriâ provisum est ut, in tanto verborum numero, locus unicuique sententiæ suppetat, cum sensu aliquo integro laudandæ, quin versus alter aut linea nova addatur.

**II.** Alterum commodum stat in usus *facilitate*, illudque ferè præcipuum videbitur rei non imperitis, in quo etiam consequendo diuturnior et operosior posita est cura, nempè ut voces quæ flectuntur pro numero, genere et casu, si nomina ; pro modis, tempore, numero et personis, si verba sint, distinguantur et ordine suo ponantur. Quo fit ut in promptu statim et præ oculis habeat lector, quod inquirendum cæteroquin fuisset per plures fortassè paginas.

Ex uno aut altero exemplo, inter innumera, satis patebit quantùm Manuale nostrum à Concordantiis vulgaribus sub hoc respectu differat :

Sit concionator qui de *Judicio particulari* dicturus, argumento suo accommodare velit verba hæc Scripturarum, quarum recordatur confusè : *Quid hoc audio de te?* Ex voce *Audio* nosse optat ubi, et quâ occasione prolata sint. Utatur vulgaribus Concordantiis, et ferè trecenta supra mille testimonia illi perlegenda erunt antequàm ad quæsitum deveniat *Luc* 16. 2 *Quid hoc audio de te?* Si Manuale nostrum adhibuisset, librum aperire sat erat ad verbum *Audio*, et tertiâ lineâ, quod quærebat spontè occurrisset.

Voces has recordor : *Veni et vide*, quas ad sacras Litteras pertinere suspicor. Rem certò cogniturus, vulgares Concordantias interrogo, et perquirens sub *Venio* aut sub *Video*, testimonia bis mille et ultra mihi patienter voranda sunt. Manualis ope, ad imperativum alterutrius verbi adspiciens, intuitu uno nactus essem sex loca quæ testimonium illud exhibent, *Joan* 1 46, 11 34 *Apoc* 6 1, 3, 5, 7, *Veni et vide*.

**III.** Tertio loco venit inter promissa commoda, *fides* in adductis textibus. Hæc maximè desideratur in hujusmodi operibus. Nihil hìc prætermissum ut hanc perfectissimè consequeremur.

Itaque 1° testimonium unumquodque sexies diligentissimè cum ipso textu sacro collatum est ; atque libri excusa exempla non ex manuscripto, sed ex SS. Bibliis emendata sunt [A].

2° Lacunas explere curavimus, quæ in plerisque Concordantiis deprehenduntur. Et reipsà, 1° ferè omnes editores non paucos textus non levis momenti omisêre,

[A.] Citati quidam loci, minùs accuratè adducti videri possent non attendenti varias sæpè Bibliorum editiones inter se differre versiculorum discretione. Cui ut difficultati occurramus profitemur illi nos stetisse editioni quam nuper in lucem edidit Lugduni Lambert-Gentot. Hàc enim insigni editione usi sumus ad describendum et recognoscendum nostrum Manuale.



qui ad vocem *Dominus* [pro *Deo*] pertinent, licet in proloquiis hos textus à se allatos testentur, ut faciunt ubi agitur de titulis : *Deus*, *Dico*, *Omnis*, *Sum*, etc. Quoad omissionem vocis *Dominus*, illa eò accuratius fuit reparanda, quòd textus benè multi sub hoc uno titulo inveniri possunt. 2° Sub voce *Do*, adducendus fuit textus vulgò prætermissus, *Luc* 18 12 : *Decimas do omnium quæ possideo.* 3° Idem dicendum de voce *Justus*, *Ps* 124 3 : *ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas.* 4° Titulo *Canis*, restituenda fuit negatio ab editoribus aliquandò omissa, *Judit* 11 15 [*Judith ad Holofernem*] : *et non latrabit vel unus canis contra te.*

3° Testimonia aliqua mendacia suppressa sunt ; exempli causâ, sub vocibus *Cœlestis*, *Matt* 6 15 : *nec Pater vester* COELESTIS *dimittet vobis*, cùm redundet vox *cœlestis* ; 2° *Coinquino*, *Apoc* 3 4 : *qui non* COINQUINAVERUNT *vestimenta sua*, legendum quippe est : *inquinaverunt* ; 3° *Constituo*, 1 *Tim* 2 2 : *pro omnibus qui in sublimitate* CONSTITUTI *sunt*, verbum enim *constituti* temerè additur sacro textui.

4° Denique tantâ diligentiâ allaboratum est ut maxima fides et accuratio ubique vigerent et inter commoda alia eminerent, utque haud dubitanter spondeamus donaturos nos exemplare unum Concordantiarum nostrarum cuicumque, qui vel unicum numerum mendacem deprehenderit ex iis quibus vel libri sacri, vel capita et versiculi indicantur [B].

**IV.** Tandem opus totum commendat *perluciditas*. Siquidem studiosè cautum est ne allatis in testimoniis deesset quidquam quod ad nitorem aut integritatem facere posset. Itaque 1° pleniora sunt illa ubicumque id requiritur ut probè intelligatur testimonium.

2° In locis qui similitudinem exhibent, similitudinis utrumque membrum vulgò afferimus, cùm in cæteris Concordantiis non nisi unum ex illis ponatur, et aliquoties mancum [C].

3° Ut planiùs locorum intelligentiæ consulatur, intra parentheses sæpius exhibere curavimus vocem phrasis totius præcipuam, aut alias voces quas non habet versiculus citatus [D.] Quòd si minùs necessarium fortè videatur studiosis SS. Bibliorum

[B]. Mendaces habebuntur, ideòque mulctæ obnoxii numeri, ii qui ante testimonium positi, erroris certi convincentur. Numeris autem intra parentheses post testimonium adductis, cùm de merâ analogiâ sæpè quæstio sit, proindeque de re litigiosâ, non idem privilegium promissumve competere intelligimus. Ad recognoscendos verò errores, apud typographum extabit nostri Manualis exemplar, in quo error emendabitur statim ac aderit aliquis defectum hunc indicans, nisi jam ab alio idem error deprehensus et nuntiatus fuerit. Manuali autem consociabitur exemplar Bibliorum editorum ab eodem D. Lambert-Gentot, ex quo solùm statui poterit utrùm reverà sint numeri mendaces in novis hisce Concordantiis.

[C]. Quædam afferamus exempla. ARGENTUM. Posuit quidam, *Prov* 17 3 : *sicut igne probatur argentum* ; alter addit, duplicato versu : *et aurum camino*. Consultius nobis visum est uno versiculo usis, scribere : *Igne probatur argentum.. ità corda probat Dnus.* COR. *Prov* 6 32 : *Propter cordis inopiam per.* Sic unus ; alter verò addit : *det animam suam.* Nos meliùs, ut existimamus : *Qui autem adulter est, propter cordis inopiam, perdet animam suam.* Ponit unus : *Prov* 25 20 : *Tristitia viri nocet cordi* ; alter initio scribit : *ità.* Rectius scribendum putamus : *Sicut tinea vestimento et vermis ligno, ità tristitia viri nocet cordi.* CORREPTIO. *Prov* 17 10 : *Plus proficit correptio apud* ; additur alicubi : *prudentem* ; in nostro verò Manuali superadditur : *quàm centum plagae apud stultum.* *Prov* 29 20, sic unus : *quàm illius correptio* ; quibus præponit alius : *stultitia magis speranda est* ; præeant adhùc : *velocem ad loquendum ?* CORRUMPO. 2 *Cor* 11 3 : *ità corrumpantur sensus vestri.* His præponere est : *Timeo.. ne sicut serpens Hevam seduxit.* DESERO. *Prov* 21 19 : *in terrâ desertâ* ; præmittit quidam : *melius est habitare* ; addendum insuper : *quàm cum muliere rixosâ et iracundâ.* EQUUS. *Eccli* 30 8 : *Equus indomitus evadit du* ; quidam addit syllabam *rus* ; cui nos adjecimus adhùc : *et filius remissus evadet praeceps.* GLADIUS. *Rom* 8 35 : *an persecutio, an gladius?* Apud quemdam additur : *an periculum ?* Apud nos : *Quis.. nos separabit à charitate Christi.. ? an periculum?.. persecutio ? an gladius.* HONORIFICO. *Eccli* 3 5 : *ità.. qui honorificat matrem.* Præmittatur : *thesaurizat.*

[D]. APERIO. *Eccli* 15 5 : *in medio ecclesiae aperiet os* ; ponit prætereà alius : *ejus* ; nos verò : *Et in medio ecclesiae* [*sapientia*] *aperiet os ejus* [*qui timet Dnum*]. CORVUS. 3 *Reg* 17 6 : *corvi quoque deferebant* ; addit quidam : *ei panem* ; nos verò : *corvi.. deferebant ei* [*Eliae*] *panem et..* DIRIGO. *Gen* 39 3 : *ab eo dirigi in manu illius.* Sic ponimus : [*Putiphar*] *noverat.. omnia quae gereret* [*Joseph*] *ab eo* [*Dno*] *dirigi.* HILARITAS. *Prov* 19 12 : *ità hilaritas ejus* ; est qui priùs verba adducat : *Sicut ros super herbam* ; posuimus : *ros super herbam, ità et hilaritas ejus* [*regis*]. IGNOMINIA. *Prov* 18 3 : *sed sequitur eum ignominia* ; addit quidam : *et opprobrium* ; nos verò : *sequitur eum* [*impium*] *ignominia et opprobrium.* INCLINO. *Prov* 21 1 : *quoc voluerit, inclinabit* ; apud alium : *quocumquè voluerit, inclinabit illud* ; apud nos habetur : *quocumquè voluerit* [*Dnus*] *inclinabit illud* [*cor regis*].

qui in iis volvendis annos consumpsêre, gratissimum certè erit et perutile clericis junioribus et iis qui sacras litteras à primo limine modò salutant. — Triplici hâc industriâ, lectori pronum fore confidimus testimonia allata vulgò intelligere, quin ad sacra Biblia recurrere ei necesse sit.

*Modus utendi novis istis Concordantiis.*

Nostro autem Manuali et de aliis voluminibus Concordantiarum penè eadem est utendi ratio : et si discrimen aliquod intercedit, in tribus tantùm id stabit. 1° Ad ductam lineolam – attendere velis, quæ vocem majusculis aut pinguioribus litteris superiùs positam supplere censetur. 2° Ubi sententiam datâ voce quæris, ad casum vel tempus istius vocis statim convoles, quin paginas integras perlegas, sicuti fit in volvendis aliis Concordantiis, et quæsitum suâ sponte oculis tuis se exhibebit. 3° Sententias, ut alibi, antecedunt numeri signantes caput et versiculos undè deductæ sunt sententiæ. Si una sententia iisdem terminis repetita occurrit alio in loco Scripturarum, hoc indicatur numeros inter et ipsam sententiam. Si autem hanc subsequitur testimonium duas inter parentheses, significari hâc ratione scias cogitationem eamdem non iisdem omninò terminis, vel analogiam aliquam cum præcedenti.

## APPROBATIO.

Librum cui titulus : *Concordantiarum SS. Scripturæ Manuale*, pro nostrâ diœcesi approbamus, et in votis habemus ut in universi Cleri nostri manibus versetur.

Lugduni, 10 Maii 1851.

✠ L.-J.-M. Card. DE BONALD,

*Archiep. Lugd.*

De Mandato :

ALLIBERT, *Can. Secret.*

## APPROBATIO.

Quod editores Bibliis emendatissimis Concordantias, quæ sunt eorum veluti indices, adjungendas curaverint, id Nos et maxime probamus, et sacerdotibus ad sacros textus investigandos utilissimum fore arbitramur.

Lugduni, 10 Januarii 1860.

✠ L.-J.-M. Card. DE BONALD,

*Archiep. Lugd.*

De Mandato :

ALLIBERT, *Can. Secret.*

# CONCORDANTIARUM

## SS SCRIPTURÆ

## MANUALE

*Littera* **H**, *quæ aliquoties invenitur in indicatione Psalmorum, significat* juxta Hebræos; *littera* **L**, juxta Latinos.

# A

**A et Ω**

*Apoc* 1 8 Ego sum – [*Alpha et Omega*], principium et finis, dicit Dominus
21 6 Ego sum – : initium et finis
22 13 Ego sum –, primus et novissimus

**AAA**

*Jer* 1 6 dixi, –, Dne Deus : ecce nescio loqui
14 13 –, Dne Deus : Prophetæ dicunt eis
*Ezec* 4 14 –, Dne Deus.. anima m non est polluta
20 49 –, Domine Deus : ipsi dicunt de me
*Joel* 1 15 – dici. Quia propè est dies Domini

**AARON**

*Exod* 7 1 –, frater tuus, erit propheta tuus
17 12 –..et Hur sustentabant manus..[*Moysi*]
28 29 Portabit..– nomina filiorũ Israel in rationali Judicii, super pectus s
38 Portabit.. – iniquitates eorũ [*filior Isr*]
*Num* 16 11 quid est..–, ut murmuretis contra eũ?
16 ad Core.. state.. corã Dno..–..separatim
17 – quoque teneat thuribulum suum
43 Moyses et – fugerunt ad tabernaculum
20 24 Pergat.. – ad populos s.. incredulus..
26 –.. et morietur ibi [*in monte Hor*]
33 38 Ascendit..–..in montẽ Hor..mortuus est
*Deut* 10 6 Mosera, ubi – mortuus ac sepultus est
*Ps* 98 6 Moyses et – in sacerdotibus ej [*Dei*]
*Hebr* 5 4 sed qui vocatur à Deo, tanquàm –
*Num* 3 1 Hæ sunt generationes **Aaron** et..
16 40 ne.. accedat.. et qui non est de semine – ad offerendum incensum.. n..
17 6 fueruntque virgæ 12, absque virgâ –
8 invenit [*Moyses*] germinasse virgam –
2 *Par* 26 18 Non est tui officii Ozia.. sed.. filiorũ –
*Ps* 113 10 Domus – speravit in Dno : adjutor..
12 benedixit domui Isr : benedixit domui –
134 19 Domus Israel.. domus –, benedicite Dno
1 *Mac* 7 14 sacerdos de semine –.. non decipiet nos
*Luc* 1 5 uxor illius [*Zachariæ*] de filiabus –
*Hebr* 7 11 sacerdotem.. non secundũ ordinẽ – dici
9 4 arcam.. in quâ.. manna, et virga –
*Num* 6 23 Loquere **Aaron** et filiis ej : Sic benedicetis.. [*Benedicat tibi Dnus*]
*Eccli* 45 25 Et addidit [*Deus*] – gloriam
*Exod* 30 30 **Aaron** et filios ej unges, sanctificabisq. ut sacerdotio fungantur mihi
*Num* 18 20 Dnus ad –.. ego pars et hæreditas tua
20 30 multitudo videns occubuisse –, flevit super eo 30 diebus

**Aaron Aaron**

*Ps* 104 26 Misit Moysen..–, quem elegit ipsum
105 16 irritaverunt Moysen in castris, – sanctũ..
*Eccli* 45 7 Excelsum fecit [*Deus*] –
*Mich* 6 4 liberavi te, et misi ante faciem tuam Moysen, et –, et Mariam
*Act* 7 40 dicentes ad – : Fac nobis deos, qui..

**ABALIENO abalienabit**

*Eccli* 11 36 Admitte ad te alienigenam et subvertet te.. et – te à tuis propriis
*Isai* 1 4 Væ.. blasphemaverunt Sanctum Israel, **abalienati sunt** retrorsùm
*Ose* 9 10 ad Beelphegor, et – in confusionem

**ABANA**

4 *Reg* 5 12 [*ait Naaman*] Numquid non meliores sunt – et.. omnibus aquis Israel..?

**ABARIM Abarim**

*Deut* 32 49 Ascende in montem istum –..vide terram Chanaan..et morere

**ABBA-PATER abba-pater**

*Marc* 14 36 –, omnia tibi possibilia.. transfer calic
*Rom* 8 15 sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus : –
*Galat* 4 6 misit..Spiritum Filii..clamantem : –

**ABBREVIATIO abbreviationem**

*Isai* 10 23 – Dnus..faciet in medio omnis terræ
28 22 – audivi à Dno.. super universam terrã

**ABBREVIO abbrevians**

*Rom* 9 28 Verbum.. consummans et – in æquitate
*Mich* 2 7 Numquid **abbreviatus est** spiritus Domini..?
*Isai* 59 1 non **est abbreviata** manus Dni, ut..
*Dan* 9 24 LXX hebdomades **abbreviatæ sunt** super populum t, et.. ut.. ungatur..
*Isai* 50 2 Numquid **abbreviata**..facta est manus m, ut non possim redimere?

**ABDENAGO**

*Dan* 1 7 imposuit eis.. nomina.. et Azariæ, –
2 49 constituit super opera provinciæ. et –
3 20 ligatis pedib.. et – mitter.. in fornacem
93 egressi sunt.. et – de medio ignis

**ABDICO abdicamus**

2 *Cor* 4 2 – occulta dedecoris, non.. in astutiâ..

**ABDITUM abditis**

1 *Reg* 13 6 absconderunt se [*viri Israel*] in.. et –
*Ps* 16 12 sicut catulus leonis, habitans in –
1 *Mac* 1 56 et effugaverunt populum Israel in – fugitivorum locis